Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



65

locum reuelari pro edificando monasterio opportunum. ac ipsi deo optimo maximo beneplacitum et gratum. Legitur nanq; in cronicis autenticis. q̃ cum ob honorem dei et animaz salutem ecclesiā construere et dotare decreuisset. et locum p̃ construenda ecclesia deo placitum scire ex aliquo diuino indicio affectasset. statim sub quieto ac tranquillo aere. surgens ventus validus. flameolum capiti prefate agnetis auellens in longinquum sub intuitu portauit. Deinde elapsis nouem annis. marchio predictus ieunationis actum exercens. flameolii capiti sue coniugis auulsum (vt predicatur) super fruticem sambuci inuenit integz et illesum. quod vbi vnoz credulus pro diuino indicio loci construende ecclesie gratanter accepit. locumq; pro edificio ecclesie disposuit. vbi hodie ecclesia neuburge claustralis ingi diuinoz cultu per regulares canonicos frequentatur. Ex eo etiam eadem pij leopoldi sanctimonia maxime illustratur. q̃ dum ageret in humanis. solemne monasterium beate marie virginis sub ordine canonicoz regularium beati augustini quod vsq; in hodierna tempora famosum atq; gloriosum super cuncta illius patrie monasteria in laudabili obseruantia perseuerat. donans illi magnam sui patrimonij partem. cuius rei testimonium perhibent irrefragabiles littere autentice dotacionis illius. quaz tenor subsequitur in hec verba. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. leopoldus nobilis marchio orientalis fundator ecclesie neuburgensis. Quoniam negocijs secularibus impediti. deo per nos ad summum placere nequimus. eos quos illi placitos et maxime mundialibus studijs exemptos probamus. diligere. congregare. confouere. ac modis omnibus eoz quieti prouidere delemus operam dare. hoc enim modo fit. vt et presentis nobis vite incolumitas. temporz tranquillitas. pacis ac omnimode salutis prosperitas arrideat nobis. et que ipsis in futuro sunt in celis reposita. non vsq; quaq; priuabimur vnis. Igitur ego leopoldus marchio orientalis. cum nobilissima coniuge agnete.